



Rep. LXXV 3. no. 86.

18975

MVSIKA,

Sive

Guidonis Aretini,

de vsu & constitutione Mono-
chordi, Dialogus; jam denudò
recognitus, ab

ANDREA REIN-
HARDO NIVIMON-
TANO.



Lipsiæ impensis IOHAN. ROSII, Bib.

Anno M. DC. IIII.

OPTIMO ET SPE-
CTATISSIMO VIRO, DN. IO-
ANNI ROSAE, Ciui, ac Biblio-
polæ Lipsenſi, Fautori ſuo
ſingulari. S.

Quantas mutationes, quæſue Rei-
publicæ calamitates, Vir optime, ſub tri-
plici Papatus eclipsi, Benedicti, Sylue-
ſtris, ac Clementis, olim accidere: chronicorum li-
bri declarant. Hinc præclare ſcriptum eſt à Platone:
Muſicâ mutatâ, mutatur & reſpublica. Re-
gnante enim Henrico III. Guido Aretinus Monachus,
vniuerſam Muſices ſtructuram, pythagoricis, Plato-
nicisq; numeris fundatam, destruxit, ſonorumq;
Lemmata eradicauiſit. Platonem enim ſeſquialte-
ra, & ſeſquitercia interualla ſeſquioctaua inter-
ualla (radice ſaltem relictâ) explèſſe: teſtatur Cice-
ro de vniuerſitate: quod & approbat Macro'ius lib.
2. cap. 2. de Scipionis ſomn. & conſon. Muſicis, vbi
ait: Platonem poſt numerorum inter ſe imparium
contextionem Hemioliis, epitritis, & Epogdois, &
Lemmate (non autem Apotomiâ, vel ſeſquio-
ctauo interuallo Guidonico) hiantia intervalla ex-
plèſſe. Ob id Græci (teſte Vitruuio, lib 5. cap. 4. de
Architecturâ) Lemma, vel Dieſin, tanquam ſono-
rum radicem, προσλαμβανόμενον vocauerunt. Vt

E 2 enim

enim herbula, frutices, arbores, ceteraq; inanimata
absq; radice fructum nullum ferunt: sic quoq; ani-
mata, & præcipuè Septem vocum discrimina,
absq; Lemmate, insulos Harmoniæ ululatus pari-
unt. Monochordum nostrum, V. r. opt. in lucem edere
curas: quid retribuam tibi? an Leporem iucun-
dum? Non, sed Lupum illum Harmonicum à
Guidone fabricatum! ex quo Musici sat cognoscent:
Monachos etiam ante sexcentos annos cum Nume-
ros, tum Notas Musices nequissimè disturbasse, &
confudisse, id, quod ex subiectâ Dialogi Guidonici
resolutione ad oculum vnicuiq; eandem cum priore
nostrâ conferenti, & candidè dijudicanti, facile pa-
tebit. Vale feliciter. Data è Niuosis Montibus, in
profesto Michaelis Archangeli. Anno Christi Salua-
toris nostri, 1604.

Andreas Reinhardus
N. P. Organista.



GVIDONIS

ARETINI, DE VSV

& constitutiooe Monochor-
di, Dialogus.

INTERLOCVTORES.

Discipulus, Magister.

D*iscip.* Quid est Musica?

Mag. Est veraciter canendi scien-
tia, & facilis via ad perfectionem ca-

endi. *D.* Quomodo? *M.* Sicut
Magister omnes literas ostendit in ta-
bulâ: ita & Musicus omnes cantilenæ
voces in Monochordo insinuat. *D.*

Quid est Monochordum? *M.* Lignum
longum, quadratum, in modum ca-
psæ, & intus concauum, in modum Ci-
tharæ, super quod posita chorda sonat,
cuius sonitu varietates vocum facile
comprehendis. *D.* Quomodo poni-
tur chorda? *M.* Per mediam capsam
in longum linea recta ducitur, & reli-
cto ab vtroq; capite vnus vnciæ spa-
cio, in eâdem lineâ ab vtraque parte

E 3 punctus

punctus ponitur, in reliquis duo capitella locantur, quæ ita chordam supra lineam extensam teneant, vt tanta sit chorda intra vtraque capitella, quanta est linea, quæ est sub chordâ. *D.* Qualiter vna chorda multas, & varias voces reddit? *M.* Literæ, vel Notæ, A. B. C. D. E. F. G. quibus vtuntur Musici, in lineâ, quæ est sub chordâ, per ordinem positæ sunt; cumque modulus intra lineam, chordamque decurrit, Per eâsdem literas curtando, & elongando chordam, omnem cantum mirabiliter facit, & dum per eas literas pueris aliqua notatur Antiphona, facilius, & melius discunt; quàm si ab homine illam audirent, & post paucorum mensium tempora exercitati, ab latâ chordâ, solo vsu indubitanter proferunt, quod nunquam audiuerunt. *D.* Mirabile est valdè, quod dicis Nostri quidem Cantores ad tantam perfectionem nunquam aspirare potuerunt. *M.* Errauerunt potius semper; & dum viam non quæsiuerunt, in vanum laborauerunt. *D.* Quali-
ter.

ter, vel quâ ratione fieri potest, vt meliùs chorda, quàm homo doceat?

M. Homo, vt voluerit, & potuerit, cantat; chorda, autem per supra dictas literas à sapientissimis hominibus ita est distincta arte, vt mutari non possit, cum diligenter fuerit obseruata. *D.* Quanam est, rogo, illa ars?

M. Mensura numeri. Nam, quod benè numeratum est, nunquam fallit. *D.*

Potero simpliciter, & paucis verbis ipsas mensuras numerorum addiscere? *M.* Hodie, annuente Deo, tantum diligenter ausculta.

Regula prima.

In primo capite Monochordi, ad punctum (48) quem prædiximus, γ litteram Græcam pone, quæ, quia rarò est in vsu, à multis non habetur.

Regula secunda.

Iterum ab ipsa γ , 48. vsque ad punctum, quem in fine posuimus, per nouem diligenter diuide, & vbi prima nona pars finem fecerit, A litteram scribe, & hæc dicetur prima vox.

A 4 9— γ

$$9 \text{ --- } \gamma 48 \text{ --- } A 8?$$

$$\begin{array}{r|l} 25 & 384 \\ \hline 384 & 42 \frac{2}{3} \quad | \quad \frac{2}{3} \\ 99 & \end{array}$$

Faciunt puncta $42\frac{2}{3}$ A, primam
vocem.

Regula Tertia.

Ab eadem verò lineâ, litera A, $42\frac{2}{3}$,
similiter per nouem partire, & in no-
nâ partem B litera (quæ aliàs literâ H,
vel sic notatur) pro voce secunda
pone.

$$9 \text{ --- } A 42 \frac{2}{3} \text{ --- } B 8?$$

3

$$\begin{array}{r} 27 \\ \hline 2 \\ \hline 27 \\ \hline 1024 \end{array}$$

$$\begin{array}{r|l} 415 & \\ \hline 1024 & 37 \frac{2}{3} B, \text{ secunda vox.} \\ 277 & \\ \hline 2 & \end{array}$$

Regula quarta.

Deindè ad caput reuertere, vide-
licet

icet ad , & diuide per quatuor à
 vsque ...nem', & pro voce tertiâ C
 literam scribe,

$$\begin{array}{r} 4 \overline{) 748} \quad C_3? \\ \underline{3} \\ 48 \\ \underline{48} \\ 0 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 2 | 144 \\ 144 | 26. C. tertia vox. \\ \underline{44} \\ 0 \end{array}$$

Regula quinta.

Et à primâ , A $42 \frac{2}{3}$, similiter per
 quatuor partite, & inuenies quartam
 D. literam.

$$\begin{array}{r} 4 \overline{) 42 \frac{2}{3}} \quad D_3? \\ \underline{3} \\ 12 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 12 | 128 \\ | \underline{3} \\ | 384 \\ 384 | 32 D, quartam vocem. \\ \underline{222} \\ 122 \\ \underline{12} \\ 0 \end{array}$$

Regula sexta.

Eodem modo à secundâ B diuide
 per quatuor, & pro voce quintâ E li-
 teram pone.

$$E \quad \leftarrow \quad A \quad \leftarrow \quad 1$$

4	$B_{37\frac{25}{27}}$	$E_{3?}$
27	159	
108	765	
	1024	
	3	
74	3072	
1918		
3072	$28\frac{48}{88} 1\frac{8}{8} \frac{4}{9}$	quinta vox E.
1088		
10		

Regula septima.

Tertia verò litera quadrata, id est C, quam antiquitus quadrato corpore pinxerunt, insinuat F, sextam literam.

4	C_{36}	$F_{3?}$
	3	
	108	
2	27 F, sexta vox,	
108		
44		

Regula octava.

Posthæc ad γ , 48, reuertere, & ab ipsa, & ab alijs, quæ sequuntur, iuxta

ordinem

ordinem, per lineam ductam, diuide
 in duas partes, id est, per dimidium,
 vsq; dum habes voces 14. vel 15. absq;
 γ. Et dum voces per medium diuise-
 ris dissimiles, sed eâdem literas fa-
 cere debebas. Verbi gratiâ. Dum à γ
 per medium diuiseris, pro γ scribe G,
 & pro A mediata, pone a: & pro B, a-
 liam h, vel h: & pro quadrata C, ali-
 am c: & pro D, aliam d: & pro E, aliâ
 e: & pro F, aliam f: & pro G, aliam g:
 & pro a, aliam aa, Et à medietate Mo-
 nochordi, vt antea, eâdem sint literæ,
 quæ sunt in prima parte, Præterea à
 voce sexta, id est, ab F, per quatuor di-
 uide, & retro h quadratum, aliam b
 rotundam pone, quæ ambo pro vna
 voce accipitur, & vna dicitur nona
 prima; altera, nona secunda; & vtra-
 que in eodém cantu regulariter non
 inueniuntur. Figuræ autem, & voces,
 & literæ ita ponuntur:



Septi

Septima	F	27	Et cætera. f	13 $\frac{1}{2}$ fa
Sexta	E	28 $\frac{4}{3}$	Decimater.,	14 $\frac{2}{3}$ la.
Quinta	D	32	Duodecim.	16 sol
Quarta	C	36	Vndecima	c 18 fa.
Tertia	B	37 $\frac{2}{3}$ $\frac{5}{7}$	Decima	b $\frac{2}{3}$ $\frac{5}{7}$ mi
Secunda	A	42 $\frac{2}{3}$	Nona	a 21 $\frac{1}{3}$ re.
Prima	γ	48	Octaua	G 24 vt.

Discipul. Habeo gratias tibi Guido, benè intelligo, & quòd Monochordū à modo sciam facere, confido. Sed quid illud est, quod irregulariter mēsurato Monochordo alibi maiora, alibi minora spacia, & interualla sint? *M.* Maius spacium dicitur Tonus, vt est à γ in primam A : & à prima A, in secundam B : vt γ A, Tonus : A B, Tonus, vel sesquioctaua interualla. Minus verò spacium sicut à secunda B fa in tertiam C, semitonium vocatur, faciens contractiorem eleuationem, & depositionem. Nulla autem mensura, vel numero semitonij spacium, ad finem vsq; perueniet : sed cū per supra dictam rationem diuisiones fiunt, suis locis Toni, & semitonija forman-

tur

tur. Tonos autem omnes, si diuiseris, & ad extremā punctum duxeris, nouenatiam in omnibus diuisionem inuentam miraberis. *D.* Sapienter id esse factum non intelligo. Nunc autem, qualiter cantum notare possim, ut illum absq; Magistro comprehendam, primum audire expecto. *M.* Literas Monochordi, A. B^b. C. D. E. F. G. scilicet, sicut per eas cantilena est discurrens, ante oculos pone, ut si nōdum ipsarum literarum vim plenē nosti, secundū eas literas percutiens chordam, ab ignorante Magistro mirificē audias, & discas. *D.* Verē, inquam, mirabilem mihi Magistrum (chordam) dedisti, qui à me factus, me doceat, meque docens, nil sapiat. Imò propter sapientiam, & obedientiam sui maxime, eum amplector. Cantabit enim mihi, quantum voluero, & nūquam de mei sensus tarditate commotus verberibus, & iniurijs me cruciabit. *M.* Bonus est Magister, at diligentem auditorem requirit. Tu igitur, si sedulus eris, ex his, quæ dicta sunt,

sunt,

sunt, facile Monochordi rationem, &
dimensionem Intelliges, & regulam
certissimam cantus, & consonantia-
rum habebis.

*Sex Guidonica cantamina
vorum.*

VT queant laxis
Resonare fibris
Mira gestorum
Famuli tuorum,
Solue polluti
Labijs reatum,
SANCTE IOANNES.

Dialogi de Monochordo
finis.



ERRATA.

Fol. 6, lin. 2. lege casu, lin. 8. audientis. lin. 20.
leg. curam. fo. 7. l. 4. leg. quibus. fo. 11. lin. 25. leg. ita id:
fol. 12. lin. 15, leg esse fol. 25. l. 20 leg. colligat. fol. 28. l.
25. leg sustentans. fol. 51. l. 11. leg. Semiditonus. f. 35 l.
13. lege, non seruantis, Platonicos repudiâsse: sed eos
tredidisse: Diatonicam dimensionem non solum ex
epitritis, hemiol. &c. fol. 39. & 40. leg. κατήχοντες,
περιήχοντες, αὐτήχοντες, σιωπήχοντες. Sunt
& aliqui errores commissi, quos candidus Lector vel
ex præcedentibus, vel ex sequentibus facile poterit
corrigere.



693.5

